

Tekst 4

Nieuwbouw in Rome.

- 1 Hic ubi sidereus propius videt astra colossus
- 2 et crescunt media pegmata celsa via,
- 3 invidiosa feri radiabant atria regis
- 4 unaque iam tota stabat in urbe domus.
- 5 Hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri
- 6 erigitur moles, stagna Neronis erant.
- 7 Hic ubi miramur velocia munera thermas,
- 8 abstulerat miseris tecta superbus ager.
- 9 Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
- 10 ultima pars aulae deficientis erat.
- 11 Reddita Roma sibi est et sunt te praeside, Caesar,
- 12 deliciae populi, quae fuerant domini.

Martialis, De Spectaculis 2